1771 r. (Młodziejowski Andrzej bisk. Pozn. i Warsz.)

Illmo ..... die nomini sui titularis sacro

ILLUSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMO
AC
REVERENDISSIMO
DOMINO DOMINO
ANDREÆ MŁODZEIOWSKI
DEI & Apoſtolicæ Sedis Gratiâ
EPISCOPO POSNANIENSI
ET
VARSAVIENSI.
ABBATI COMMENDATARIO HEBDOVIENSI
SUPREMO REGNI CANCELLARIO
EQUITI ORDINUM AQUILÆ ALBÆ AC. S. STANISLAI
&c. &c. &c.

Die Nomini Sui Tutelaris Sacro.
Prid: Cal: Decembris

Annô. R. S. 1771.

I.

OS Regis, Custos Legum, Regniquè Minister,
Posnanii Pastor, Varsoviiquè gregis.
ANDRÆA! redeunte TUI quid luce Patroni
Vates agam? ancipiti mens łabat in bivio.
Eloquar an sileam? præconia dicere laudum
Fert Animus, tenuis Musa silere iubet.

Di-

Dicere fert Animus, ſed fandi anguſta facultas
Magna vetat parvis me tenuare modis.
Ne tamen ingratus, benefacta ſilendo Patroni
Arguar: officii dicar & eſſe reus:
Vota vicem eloquii ſubeant, & ſuppleat oris
Vocem vox cordis, quæ TIBI nempe vovet:
Vive DEO, Themidi, dominanti Relligioni,
Vive Tuo Regi, vive Tuæ Patriæ.
Felix Neſtoreos Tua currat vita per annos,
Quin ſuperet Pylii ſaecla vel ipſa ſenis.
Quodque Tuos greſſus, ANTISTES MAXIME, firmat,
Fulciat hoc noſtras ſpes quoquè, resquè, pedum.

II.

Luce Tui Indigetis Sacrâ redeunte per annum,
Dona ferant alii, fert ſua vota Cliens:
PRÆSULE Relligio, pietas, altaria Divûm;
PRÆSIDE Te longùm gaudeat alma Themis.

III.

III.

In rate Chriſtus erat, Petro clamante: perimus.
Salva, ſalvatur Petrus & ipſa ratis.
Tu Chriſtus Domini cùm ſis, ego nomine Petrus;
In rate certa mihi ſorsquè, ſalusque, Tuâ eſt.